abſtinendo ipſum vigilijs et laboribus diri=
munt cicius exeat ſpiritus incarceratus qui
multa incōmoda in huiuſmodi carcere pa=
titur ſcientes ꝙ exitus erit ad liberacōnē
⁊ gloriam Eccl.iiij. Interdum quis de car
cere ⁊ cathenis egreditur ad regnum. Nō
ſic impij non ſic ſed carcerem ſuum muniūt
et roborant toto viſu curam carnis in deſi=
derijs facientes munientes ſe ſuperfluita=
te cibi et potus ⁊ veſtium ⁊ ſomnij. ſed dia
bolus ſuper omnem iſtam municōnem ride
bit Abacuk primo Sed non mirum/ ſciunt
enim ſe eſſe reos ⁊ latrones ī exitu ſuo ob
ſcuriori carcere detrudentes Mathei.xv.li
gatis manibus et pedibus. ¶ Secundum
gaudium eſt de vinculorum rupcōne. vin=
cula quibus ligatur homo in corpore ſunt
ſex neceſſitates corporales/ſcilicet fames
ſitis. frigus. eſtus. labor. dolor. ⁊ ad vltimū
mors/ His ſex vinculis quaſi ſex catheis li=
gauit dominus miſerum hominē poſt pec
catum quaſi inſanum ne ſibi deterius face=
ret ⁊ grauius ſibi manus iniecerunt. Nota
quomodo quelibet iſtarum cuſtodit homi=
nem a peccato/ſed peccator inſanus hᶜ vi=
cula diſrumpit. vnde conqueritur dominus
Jeremie quinto. A ſeculo confregiſti iugū
diſrumpiſti vincula/quaſi diceret. famē et
ſitim per crapulam et ebrietatem/Frigus
per veſtimentorum munietatem/Calorem
per veſtium ſubtilitatem/Laborem ⁊ do=
lorem per quietem mortem per medicinas
et voluptatem. Ideo grauioribus vincul
ligabitur quando deprehenditur ſcilicet fa
me et ſiti perpetua ⁊ frigore ⁊ calore ītol=
lerabili ⁊ tranſibunt de aquis niuiū ad ca
lorem nimium. Sed qui permittit ſe paci=
enter ligare a domino ille abſoluetur ad
gloriam quando dicetur illud pſa.lij. Sol=
ue vincula colli tui. quando non eſuriūt ne
qꝫ ſicient amplius Apocal. ſeptimo. Et cū
graciarum actōne dicit ei diſrumpiſti dn̄e
vincula mea. ¶ Tercium gaudium eſt ꝺ cla
ritatis viſione/qui enim diu fuit in carce=
re vmbroſo vbi neqꝫ lucem neqꝫ ſolem vi
dit gaudet quando vtrūqꝫ videt/quia dul
ce lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſo
lem Eccl. vndecimo/Sic anima q̄ndiu eſt
in corpore eſt in tenebris ignorantie Eccl.
octauo. Nemo ſcit vtrum odio vel amore
dignus ſit/Item neſcimus quomodo domi
nus ſit trinus et vnus ſed omnia poſt exi=
tum a corpore ſciat homo. Apoſtolus. Vide
mus nunc per ſpeculum ⁊ in enigmate tūc
autem facie ad faciem. idem/tunc ⁊ cogno
ſcam ſicut ⁊ cognitus ſum/quia Johannis
decimoquinto dicitur/Videmus eum ſicuti

eſt. ¶ Quartum gaudium eſt exilij egreſſi=
one. id eſt mundi qui eſt ꝑiculoſus facino=
roſus et horridus. Deutro. triceſimotercio.
Inuenit eum in terra deſerta. Econuerſo
celeſtis patria eſt locus amenus fecundus
et ſecurus pſa. triceſimotercō. Sedebit po
pulus meus in pulcritudine pacis. ¶ Quin
tum gaudium eſt de beſtiarum perſequen=
tium ⁊ periculorum euaſione. id eſt demo=
num et penarū inferni quando dicent a=
nime. Benedictus dominus qui non dedit
nos in capcōnem dentibus eorum. Quan=
do videbit anima diabolum et dicet. Quid
hic aſtas cruenta beſtia nihil in me fune=
ſtum inuenies. ¶ Sextum gaudium parē
tum ⁊ amicorum obuiacōne ad deducen=
dam animam in ſinum abrahe Mathei tri=
ceſimoquarto. Mittet angelos ſuos et con=
gregent electos ⁊c. B Primum a dex=
tris gaudium eſt de iocunda ſanctorum ſo=
cietate quia inter ſanctos tanta erit cari=
tas vt gaudium ſingulorum omnium vicif
ſim ſit cōmune pſ. Lauda hieruſalem domi
num vſqꝫ filios tuos in te. ¶ Tercium de
beatitudine ⁊ ſtola anime ꝓprie quando le
ticia ſempiterna ſuper capita ſanctoꝝ gau
dium et leticiam obtinebunt et fugiet do=
lor et gemitus. ¶ Tercium eſt de reſurrecti
onis expectacōne. quando in terra ſua poſ
ſidebunt duplicia pſaie. lvij. vtraqꝫ ſtola
Apocal. decimoquarto. Gaudebunt ſancti.
quia venit hora iudicij eius. ¶ Quartum ꝺ
ammirabili xp̄i hominis fruicōne quando
carnem illam glorioſam oculo ad oculū vi
debimus quando eum poterimus vocare
patrem et dicere. Os meum ⁊ caro mea.
Bernardus. Plenus proſus ſuauitatis dul
cedine videre hominem hominis condito
rem. ¶ Quintum de manifeſta trinitatis
cognicōne. ¶ Sextum de perpetua gau=
dij ſecuritate johannis decimoſexto. Gau=
dium veſtrum nemo tollat a vobis. ¶ Se=
cunda corona eſt honoris qua honorat vel
coronat eum dominus per celebracōnē vel
ſolennitatem feſtorum ⁊ veneracōnem re
liquiarum. Hanc coronam ſanctis auferūt
q̄ntum in ſe qui reliquias eorum non vene
rantur vt debent vel feſta eorū frāgunt
vnde cōqueritur dominus per job decimo
nono. Spoliauit me corona et gloria ⁊ ab
ſtulit coronam de capite meo. Quod faciūt
omnes qui eorum feſta frangunt. vł qui in
eis per ebrietates iuracōnes per choreas
et luxurias deum blaſfemant ⁊c.

¶ ccxxviij. ¶ De plibus martiribꝫ. Primus